

tata sunt. Visum est ergo omnibus et iustum esse¹ iudica- f. 4'.
 batur, quatenus regalis dignitas² sacerdotali excellentiæ
 debitam reverentiam³ exhiberet, ita ut excommu*nicatus *f. 5.
 coram excommunicatore aut innocentiam probando aut iuxta (p. 5).
 modum culpe satisfaciendo ecclesiæ reconciliaretur. Cui rei
 perficiendæ tempus in epiphania, locus Auguste designatur,
 ubi domno pape venienti maiores huius terræ occurrere
 possent. His ita dispositis læti discessimus, putantes eodem
 quo statutum est ordine rem processuram. Sed⁴ longe alia
 mens erat regi, quam ut in nostris partibus vel nobis pre-
 sentibus se ad rationem poneret. Mutato igitur communi
 maiorum decreto cum privatis consultoribus nova consilia
 cuduntur. Clam nobis omnibus iter suum per partes Bur-
 gundiæ in Italiam dirigunt, ibi Langobardorum ope iuncta,
 domnum apostolicum ad prefinitum tempus et locum ten-
 dentem preoccupant. Ea quidem intentione, ut absolutio-
 nem suæ voluntati magis quam rationi congruentem aut vi
 extorquerent aut ingenio elicerent. Sed nec spes eos omnino
 fefellit. Nam sive terrore sive dolo perpetratum sit, nescio,
 unum scio et salva Romana auctoritate dico, quia, si ita
 actum est, sicut nobis innotuit, nequaquam ecclesiastico
 *more reconciliatio illa processit, quippe quam nulla satis- *f. 5'.
 factio precessit. Sic recepto in communionem regi de regni (p. 6.).
 sententia nihil remissum est. Dum hæc in Italia aguntur,
 iam anno transacto, ex quo regi regni gubernacula sino-
 dali iudicio interdicta sunt, Theuthonici conventum facientes
 ducem Rodulfum in regem sibi elegerunt. Regressus interim
 de Italia H[einricus] nec parvam de sua absolutione glo-
 riam reportans, maximam in regno commovit seditionem.
 Igitur qui domni pape causa laborem huius certaminis
 susceperunt, mandaverunt illi de predicto H[einrico], quod
 contra iudicium sedis apostolicæ regnum sibi usurpare con-
 tenderet, rogantes, ut et suo honori et illorum necessitati
 provideret, et cum esset apostolicus, iuxta apostolum quæ
 destruxit non edificaret⁵. Ad quam petitionem suscriptas⁶
 has epistolas, non ad votum illorum respondentes, remisit,
 tam ipsis quam et legatis suis, qui tunc apud eos morabantur.

men hierzu die Worte der Vita Heinrichs IV. c. 3: 'Mox episcopi, tam illi quos amor quam quos timor in partem regis traxerat, metuentes ordini suo, ab eius auxilio plerique se retrahebant'. Aber natürlich möchte ich deshalb noch nicht behaupten, dass der Verfasser der Vita diesen Text benutzt hat. 1) 'éé (esse)' stark verwischt. 2) 'ta' durch Loch zerstört. 3) 're' durch Loch zerstört. 4) 'S9' die Hs., noch zweimal unten, aber einmal ist 'sed' ausgeschrieben. 5) Gal. 2, 18: 'Si enim quae destruxi iterum haec aedifico, praevaricatorem me constituo'. 6) So die Hs.